

De lectionibus Pindaricis nuper a Tycho Mommsenio prolatis.

Post insignem operam, quam Boeckhius, philologorum princeps, Pindaro dedit, quae per quinquaginta fere deinceps annos homines docti in ejusdem poetae carminibus et emendandis et explicandis effecerunt, nisi forte unus Dissenius excipiendus est, alia magis aliis ex illius studiis, ut par erat, pendebant: quae ille bonis auspiciis inceperat, haec alii accuratius exsecuti sunt, prorsus novam rationem non docuerunt. Quod quum ad omnem tractationem tum ad criticam pertinet: singulae conjecturae satis multae factae et in lucem emissae sunt, omnis critica materia fere eadem mansit. Jam vero ante hos paucos annos magnas expectationes concitavit Tycho Mommsen, qui et aliis in rebus non minus industriam suam quam aciem ingenii approbavit et in his ipsis studiis Pindaricis diu jam versatus est. Is enim ex libris antea minus accurate cognitis aliis iisque optimis a se primum collatis nova subsidia critica nobis se praebiturum atque editionem paraturum esse promisit, qua et ipsum criticum apparatus et codicum genera accuratius descripta proponeret. Et quae excerpta in epistolis criticis ad viros clarissimos A. Boeckh, Th. Bergk, H. Sauppe, C. Friedrichs scriptis, ut amicis aliisque gratum faceret, interea in medium protulit, haec ita comparata erant, ut sperari jam posset fore ut carmina Pindarica a Mommsenio e diligenti librorum collatione multo ederentur emendatiora ac correctiora. Nunc editio ipsa comparuit, nec spes fefellit.

Ac primum e vetustissimis libris multa nunc innotuerunt, quibus certius et accuratius cognoscatur, qualis Pindari sit usus grammaticus, prosodiacus, metricus, dialecticus: et ipse Editor in annotationis criticae quod scripsit supplemento saepius ejusmodi res commemorat, alias uberius etiam tractat. Nonnulla quidem quae huc pertinent homines docti, imprimis Boeckhius, Hermannus, Ahrensius jam pridem perspexerunt, quod tantum abest, ut codicum dignitati officiat, ut eam illustret atque augeat; alia vero ii, penes quos judicium erat, aut non satis recte posuerunt aut omnino non cognoverunt. Liceat e multis pauca saltem tangere. Ita quum O. XI (x) 5 Ambrosianus omnium optimus codex pro plurali *ἀρχαί*, qui adhuc legebatur, singularem *ἀρχή* praebeat idque consensu Schol. vet. Ambros. et Vatic., mira illa de schemate Pindarico s. Boeotio doctrina, quod ad Pindarum eum quidem quem novimus attinet, nunc concidit. Nam sive *ἀρχή* appositionis quam dicunt locum obtinet ideoque alterum est subjectum ad prius explicandi causa additum, sive verum subjectum esse mavis, *τέλλεται* cum *ἀρχή* (et *ὄρκιον*) artissime conjunctum est¹⁾. Duo autem loci qui praeterea hac figura nimis Boeotia praediti fuerunt (O. VIII 8.

¹⁾ Conferre juvat Xen. An. I 8, 9: πάντες δ' οὗτοι κατὰ ἔθνη ἐν πλασίῳ πλήρει ἀνθρώπων ἕκαστον τὸ ἔθνος ἐπορεύετο.

XIV 15), falsis eam conjecturis debebant, quibus jure jam soluti sunt. Nec debuit novissimus nunc editor O. II 87 in Pindari verba γαρόνται post μαθόντες δὲ λάβροι inserere¹⁾. — Porro quum nunc etiam in optimis libris O. II 97 θέλω (non ἐθέλω), VIII 85 θέλοι scriptum esse constet nec P. X 5. I. V 43 adversentur, dubitari nequit, quin Pindarus praeter ἐθέλει brevioris quoque forma θέλει usus sit. Sic etiam pravae illae crases tolluntur, quas Boeckhius aliique his locis admitti voluerunt, Ahrensius jure damnavit²⁾. — Prorsus nova M. suorum librorum fidem secutus de correptione vocalium longarum ante vocales in mediis vocabulis protulit³⁾ nec non de soluta arsi et brevi thesi et anacrusi in primo systemate saepius admissis⁴⁾. Atque laetabundi qui rerum metricarum studiosi sunt tandem celeberrimam illam controversiam quae e verbo ὄρμαιν' O. III 25 orta erat, optimi libri ope dijudicatam esse cognoscent. Nam quod jam pridem Boeckhius⁵⁾ indicaverat ὄρμα, hoc in ipso Ambros. codice exstat: nec quisquam amplius literae vocalis elisionem in fine versus tolerandam esse contendet⁶⁾. — Longe uberrimum vero fructum M. sua librorum inspectione ei quaestioni attulit, quae in cognoscenda Pindari dialecto versatur. Ac confirmant nunc libri doricum participium primi activi aoristi in αις desinens, quod docte Bō. defenderat in Praef. p. XXXII sq. Contra quod idem V. Cl. in usu voculae viv sive μiv notabilem eam statuendam inconstantiam ducebat⁷⁾, ut Pindarus, qua esset diligentia, pro soni suavitate modo Jonum μiv modo Doriensium viv delegisse videretur spectatis tum praegressis tum succedentibus verbis, haec ex euphonia repetita ratio vetustissimis libris non comprobatur. In Olympiis quidem optimus liber Ambros. A quater decies viv, decies μiv exhibet, Vaticanus B octies viv, sexies decies μiv, Parisinus G duodevicies viv, octies μiv; porro in Pythiis quatuor prioribus Pars. G sexies viv, septies μiv, Vat. B in decem iis Pythiis, quae integra continet, decies viv offert, octies μiv⁸⁾. Et si singulos locos paulo accuratius inspexeris, facile de euphonica ratione cogitare desines. Nimirum iisdem literis et sequentibus et praecedentibus modo viv modo μiv scriptum invenies. Cedo, quomodo tu per euphonium hoc explicari posse existimes, quod usque a quinto carmine Pythio ad postremum in omnibus libris et vetustioribus et recentioribus uno loco excepto (P. IX 63.) ubique viv reperitur. Profecto alterutrum falsum esse necesse est: nec dubitari potest, quin Pindarica forma viv sit. Saepius enim factum esse videmus, ut grammatici doricam

¹⁾ At grammatici, inquit, Herodianus, Lesbos, Eustathius disertis verbis hanc figuram tuentur. Sed quomodo tuentur? Exempla quidem, quae afferunt, praeter unum corrupta esse videntur, ita ut ne satis quidem liqueat, qualem figuram illi Pindaricam appellaverint. Unus autem is locus, qui fortasse non corruptus est, quem Herodianus affert (Villois. Anecd. II. p. 95) ἰάχει βαρυσθεγκτῶν ἀγέλαι λόντων eo differt, quod verbum ἰάχει antecedit, subjectum plurale subsequitur. Hoc cur Pindaro non concedendum censeamus causa vix est. Verissime enim Krueger in gr. gr. 64, 4, 4: „Nur überhaupt ein Subj. ankündigend od. umfassend steht zuweilen der Singular, namentlich ἔστιν, ἦν, γίγνεται, wenn auch mehrheitliche Subj. folgen.“ Ut igitur substantiva pluralia collectivo intellectu cum singulari verbi jungantur, verbum praecedat necesse est. Consentunt quae Schneidewinus ad Soph. Trach. 520 collegit. — Accedit aliud. Eustath. enim (ad II. ζ p. 1110, 51) Pindarum hanc quam familiarem habeat structuram ab Homero mutuatum esse tradit: verum quaerenti tibi, ubinam apud Hom. plurales substantivorum generis non neutrius singularem verbi sibi adjunctum habeant, exemplum quod plane aptum sit, si ipse satis diligenter ad hoc animum attendi, nullum occurret. Nam P 386 sq. quum primo loco γόνυα posita esset, deinde et masculini et feminini generis substantiva sese exciperent, ita apud animam poetae horum omnium quasi commune genus neutrum praevalere, ut verbi formam singularem παλάσσειο poneret. Quae autem praeterea La Roche HSt. p. 118 sq. not affert (Γ 327 Φ 611. § 291), ea huc non pertinere nemo est quin videat. Jam reputa, quaeo, quid de ipsa figura statuendum videatur, quam Pindarus ab Homero mutuatus esse dicatur.

²⁾ Ahr. de cras. et aphaeres. p. 17. — Ceterum cf. Bō. not. critic. ad P. I 62. — Herm. ad N. X 84 (157).

³⁾ Cf. M. annot. critic. ad O. XIII 78. 79. p. 174—181.

⁴⁾ Cf. M. annot. critic. ad O. VIII 16 p. 102. VIII 1. VII 1. 16.

⁵⁾ Cf. Bō. de crisi. p. 273.

⁶⁾ Rectissime de hac re disseruit ipse M. in epist. ad Fr. p. 6. — Cf. Bō. de metr. Pind. lib. III. cap. XXIII p. 318.

⁷⁾ Bō. Praef. ad I, 1 p. XXXIV. et not. critic. ad O. IX 82.

⁸⁾ P. XII 6, ubi in ipsis poetae verbis Vat. μiv exhibet, lemma schol. Vat. viv servavit. Quare in iis locis hic annumerari potuit, qui viv habent.

vocabulorum formas complures e manuscriptis tollerent, epicas et vulgares supponerent: quo mutandi studio priora Pythia easdem fere depravationes quas Olympia passa sunt. Sic in Olympiis maxime et primis Pythiis libri quo recentiores sunt eo saepius epicam formam *μν* praebent. Atque rectissime M. hoc observavit, quod ad omnes res dialecticas pertinet „vetustissimos fontes plurimum dialecti servare, sed ne eos quidem constanter, magis magisque subrepente communium formarum usu“¹⁾. Ne mireris igitur, quod etiam nunc, postquam optimi codices excussi sunt, tam multa dubia fluctuant²⁾. Licet autem verum sit, quod Hermannus et Boeckhius suam uterque in generibus carminum Pindariorum constituendis rationem secutus haud mediocri subtilitate et diligentia demonstrare studuerunt, Pindarum pro modi numerique varietate ipsius sermonis dialectum variasse, tamen suos haec licentia fines et terminos quasi habet. Immo permagnam hujus discrepantiae dialecticae partem librariis vel criticis deberi mihi persuasissimum est: vexarunt illi, opinor, talia maxime, quibus metrum non turbaretur. Nec temere alia quae huc pertinent jam Bō., alia aequae inconstantia nunc M. optimis libris ducibus sustulit: quamquam in his rebus nimis religiose libros secuti sunt. Jure autem M. ubique *θειόδημος* restituit, etsi libri manu scripti formae *θειόδημος* magis favere videntur³⁾. Tanto magis mirandum est, quod, quum *μηλον* (O. VII 66 (63). 84 (80). P. IX 64. IV 148), *μηλοβότας* (I. I 42 [48]), *μηλοβότος* (P. XII 2), *μηλοδόκος* (P. III 27), *εὐμηλος* (O. VI 100), ipsum *πολύμηλος* (P. IX 6) summo omnia codicum consensu nitantur⁴⁾, uno tamen loco (O. I 12) *πολυμέλω* Editori mutandum non visum est. Satius fortasse habuit Ambrosianum sequi. At in hoc optimo libro literas a et η saepius inter se permutatas esse videmus: neque immerito M. in rebus dialecticis Vaticano libro (B) vel ipsum Ambrosianum sequiorem esse profitetur. Vaticanus autem initium hujus carminis non continet. Praeterea sane verendum fuit, ne quis *πολύμηλον* pomosam audiret⁵⁾. Recte denique Schneidewinus: „Dorienses η in compositis (sc. a *μηλον* formatis) servasse docet nomen Corinthii *Εὐμηλος*.“ Non magis ferenda videtur varietas quae comparet in *Ἰθάνα* et *Αθήναι*. Evincuntur auctoritate librorum haec: *δέκεσθαι*, *νίσεσθαι* (*ποτινίσεσθαι*), *κνίσα* (*κνισάεις*), *γίνεσθαι*, *εἰλός*, *Σνρήκοσσα* ubi paenultima syllaba longa opus est, *γαρόνεν*, *πορσένεν* (Inf.), *φράτις* (i. e. *φάτις*)⁶⁾, *τά* (= *τί*), *ἐφίλησεν*, alia.

Deinde permultis locis, qui adhuc corruptelis laborabant, optima nunc contigit salus, aliis conjecturae, ad vitia sananda ipsae propositae, insigni jam auctoritate confirmatae sunt. Atque in solis Olympiis, quibus prae ceteris carminibus egregia M. subsidia critica comparavit, si recte numeravi, centum et quatuor lectiones receptae sunt, quarum longe maximam partem codex Ambrosianus, triginta quinque praestantissimus hic liber solus exhibet. Optimae autem ac certissimae lectiones in Olympiis hae esse videntur. O. I 28 *φάτις*. 80 *μυστήρας*. 82 *τά*. 86 *ἐφάνατο ἔπει*. 89 *ἄ* — *μεμῶτας*. II 55 *ἐνμώτατον*. 63 *δέξονται*. 93 *γε ἑτέων*. 95 *ἐπέβα*. III 10 *νίσοντ*. 25 *πορσένεν* — *ῶρμα*. 32 *θάμβαινε*. 34 *νίσειται*. 43 *νῦν δέ*. IV 27 *θαμάει*. V 5 *ἐγέραιεν*. 14 *ἄπ* *ἀμεχανίας*. VI 28 *σάμερον* (om. γ̄ s. μ̄) *εἰδεν*. 40 *λόγμαις ὑπὸ κναίαις*. 67 *ἄριστον*. 99 *ποτινισόμενον*. VII 51 (49) *κνίσοι μὲν*. 71 (68) *μέρος* — *τελεντάθεν*. 84 (80) *κνισάεσσα*. 89 (85) *Βουσιών*. 90 (86) *ἐτέρον*. VIII 11 *ἔσπει*. 85 *ἔργα θεοῖ*. IX 16 *ἀρεταίων ἐν τε*. 29 *ἐγένοντ*. *ἐπεὶ ἄντιον*. 34 *ἐς*. 83 *ἔσποιτ αἰεὶ ξενί*. 89 *οἶον* (om. δ̄) *ἐν*. 102 *ἀρέσθαι*. X (XI) 25 *βωμόν ἐξάρδιμον ἐπίσσαντο*. 72 *δὲ Νικέης*. XI (x) 5 *ἀρχά*. 10 *ὁμῶς ὄν*. 19 *τε*. XII 16 *σᾶμερσε*. XIII 6 *κασιγνήτα* — *ἀσφαλής*. 7 *ὁμότροφος*. XIV 6 *γίνεται* (cf. P. III 12. IV 273. X. 22. N. VII 31. IX 49. I. II 33. III 86)⁷⁾. Proxime accedunt hae quae sequuntur lectiones.

¹⁾ Cf. Annot. crit. ad O. VII 25. — Sch. Germ. p. XXIV.

²⁾ Cf. Bō. de metr. Pind. I. III cap. XVIII. — Sch. Germ. p. XXII sq. — M. annot. crit. ad O. XIII 7. 65.

³⁾ Cf. M. annot. crit. ad O. III 7. Haud dubie a verbo *δέμειν* adjectivum *θειόδημος* formatum est. — Pertinet huc etiam *εὐδημος* (P. XII 3).

⁴⁾ Solus Ambrosianus O. VII 84 *μέλων*.

⁵⁾ Cf. frgm. 121: *μήλων χρυσῶν φάλαξ*.

⁶⁾ Vid. Buttm. gr. gr. maj. ed. II. p. 186. Ann. 2. Conferri possunt haec Hesiodica (*ὠκνόποδας*) *λαγός*, *κνίρας* similia.

⁷⁾ Ex praestantissimis his lectionibus Boeckhius conjectando sex, Bergkii undecim assecutus erat.

O. I 101 *ἰαπείῳ* (cf. VI 54. VIII 8. IX 112. XIII 79). II 23 *δὲ πιτυεῖ*. 34 *μέτα*. 61. 62 *ἴσας δὲ — ἴσας δ' ἐν*. 65 *κενέων* (cf. III 10. 30. IX 12. 72. X 9. XIII 110). 75 *ὀρθαίων*. IV 9 *γ' ἔλατι*. VI 27 *ἀναπεπτάμεν*. 55 *ξανθαῖς τε καί*. 62 *τέκος*. 75 *πρότοις*. VII 16 *Ἀλφειῷ*. 97 *ἔχρον*. VIII 1 *Ὀλυμπία*. 23 *ὄθι*. 40 *ἀνόρουσε*. IX 45 *κτισσάσθαι*. 65 *ὑπέργνον*. 112 *δατί*. X (XI) 13 *πόλις*. XI (X) 13 *ἀμφί*. 17 *γρηγόξεινον*. XIII 78 (S1) *ἀναρύη*. 80 (S3) *τελεῖ δέ*. 103 (107) *ἔξ ἀρατ'*. Alia dubia sunt, ut O. II 30 *πέρας*. IV 27 *ἀλικίας*. VII 15 (14) *εὐθύμαχον*. IX 78 *ταξιοῦσθαι*. XII *τύχη*. 18 *διέα*. XIII 43 *πολέεσαι*. Ac licet pauca ab Editore immerito e codicibus in ipsa Pindari verba recepta sint¹⁾, quaedam tamen ab eodem neglecta sunt, quae vere Pindarica esse videntur. Ita, ut alia omittam, O. II 71 *τᾶσον*. 81. *Ἐκτορα σφάλε*. IX 8 *μέλεσσιν*. 85 *ἔργον* (cf. VII 90). X (XI) 21 *παλάμιας*. 33 *ἤμενον*. Neque ea prorsus negligenda sunt, quae in codicibus exstant corrupta; e vitiiis enim optimorum librorum vera indagari possunt: et ipsis Editoris in Olympiis conjecturas triginta duas reperi. Sed multa libris ducibus emendanda restant. Hinc incipiat singulorum aliquot locorum tractatio accuratior.

O. X (XI) vs. 9. in libris non interpolatis plerisque ita habetur: *ὁμως δὲ λῦσαι δυνατὸς ὀξεῖαν ἐπιμομφᾶν τόκος θνατῶν κτλ.* Inde Byzantii metri gratia hoc fecerunt: *ὁμως δὲ λ. δ. ὀξ. ἐπ. ὁ τόκος ἀνδρῶν.* Hanc lectionem vulgatam improbavit Hermanus sic scribi iubens: *τόκος ὁ θνατῶν*. Bū. autem quum quod Herm. proposuerat vitio laborare cognovisset, primum vulgatam *ὁ τόκος ἀνδρῶν* servare voluit, deinde aliam conjecturam ab Hermanno interim prolatam *τόκος ὀνάτωρ* et ipse approbavit in Expl. p. 199. Et adhuc placuit ea conjectura plerisque: quamquam ipsum vocabulum *ὀνάτωρ* admodum dubium est atque incertum. Pauci quidem propter ea, quae sequuntur, aliud voluerunt, ac Kayserus *τόκος ἀθρησον* tentavit, Rauchensteinus *γε τόκος ἀθρησ*, Schneidewinus *τόκος ὀρατ' ὄν*. Jam vero Par. G *γε τόκος θνατῶν* praestat et in hac lectione cum alio libro perbono Palatino C consentit. Hinc M. in Sch. Germ. p. VI *γε τόκος ἀνδρῶν* scribendum esse opinatus erat²⁾: nunc idem genitivo *θνατῶν* qui in libris est prorsus spreto ex corrupto quodam scholii Ambros. verbo *τόκος ὀπαδέων* dedit. Hoc falsum, illud verum esse existimo. Exstat enim haec scholiastae veteris accurata loci explicatio: *ἡρεθισμένην τὴν τῶν θνητῶν ἐπιμομφᾶν δυνατὸς ὁ τόκος ἐστὶ λῦσαι. ὀξεῖαν γὰρ τὴν ἡρεθισμένην ἢ τὴν εὐεπίφορον* (i. e. quae facile in alium infertur, invehitur). *ὁ δὲ ὀφειλὼν ἀποδοῦς μετὰ τόκων ἀμεμπτος γίνεται*³⁾. *φιλοκερδεὺς γὰρ οἱ ἀνθρώποι*. Et explicationis ratio simplex ac dilucida est. Primum enim Pindari verba ordine quidem ad sententiae perspicuitatem accommodato ipsa ita ponuntur, ut pro solo adjectivo *ὀξεῖαν* aliud scribatur: hoc deinde indicatur: denique omnis sensus illustratur ac comprobatur⁴⁾. Hinc apparet *θνατῶν*, quod in omnibus libris vetustis exstat, vere esse antiquum. Nec tamen ullo modo ferri potest, quoniam metrum impeditur. Hic igitur locus jam in veterum libris corruptus exstabat: erat, id quod saepius factum videmus⁵⁾, *θνητοί* repositum pro *ἀνδρες*⁶⁾. Genitivum vero loco movendum non esse, hoc ex iis scholiis satis disci potuit, quae ad verba sequentia constituenda ab editoribus jam dudum adhibita sunt. Nec minus e lemmate schol. id jam cognosci potuit, in hunc versum voculam *γε* restituendam esse: quid quod in ipso Ambros., licet a suo loco aberraverit, tamen exstat haec particula. Jam si scholiasta duce Pindaro sua etiam vox *μομφᾶ* restituitur — *ἐπιμομφᾶ* nusquam exstat —, sic locus recte emendatus videtur: *ὀξεῖαν*

¹⁾ Nimum haud dubie M. codicum interpunctionibus verborum tribuit. Cf. Sauppilii epist. critic. ad G. Herm. p. 67 sqq. — F. Blass: Ztschr. f. d. Gymn.-Wes. 1866. 2. p. 146.

²⁾ Idem C. Friederichs commendavit in Philol. XV p. 34. L. Schmidt in libro suo de vita Pindari et poesi scripto p. 97.

³⁾ Haec in Ambros. A et Vratislav. A. corruptissime: *ὁ δὲ ὀφειλὼν ἐπαδὼν τόκων ἀμεμπτος γε*, unde M. *ὀπαδέων* edidit.

⁴⁾ Hausit igitur M. suum *ὀπαδέων* ex ea scholii parte, quae vocem plane Pindaricam nullam exhibet.

⁵⁾ Cf. Porson ad Eurip. Hecub. 858.

⁶⁾ Recte L. Schmidt l. c.: „Pindar bezeichnet als den Grund, weshalb er die Schuld nicht bloss abtragen, sondern mit Zinsen abtragen will, die Rücksicht auf den Tadel der Menschen, d. h. hier zunächst der Landsleute des Agesidamos.“

ἔτι¹⁾ μομφάν γε τόκος ἀνδρῶν. Permanet igitur poeta in translatione a debito sumpta et haec nunc addit: „Verumtamen acrem hominum reprehensionem etiamnum diluere potest usura.“

Pyth. VI vs. 45 — 47 etiam nunc post Schmidii et Hermanni conjecturas male habent. Ut autem recte emendentur, praeter librorum lectionem²⁾ haec duo quae exstant scholia adhibenda videntur: τῶν δὲ ἀνθρώπων τῶν καθ' ἡμᾶς ὁ Θρασύβουλος πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἐαυτοῦ σιάνην καὶ ὀρθότητι μάλιστα βαινει, οἴοντι τὸν ἐαυτοῦ πατέρα τιμᾶ. τὸ δὲ πάτρωϊ, τῷ πρὸς πατρὸς θεῖῳ Θήρῳ. ἐπερχόμενος οὖν πρὸς τὴν τοῦ θεῖου ἀγλαίαν καὶ κατὰ τὸν κόσμον ἴσον ἐαυτὸν ἀπέδειξεν. Alterum: ἀντὶ τοῦ³⁾ πάτρωϊ ποιητικῶς. τὸν γὰρ Θήρῳ λέγειν θέλει τὸν ἀδελφὸν Ξενοκράτους. Hoc posterius scholion qui scripsit quum aliquid poetice dictum ait pro πάτρωϊ, haud dubie, id quod M. vidit, πατρώαν explicat utpote a poeta ad patrum, non ad patrem relatum. Nam Theronem hominem spectatissimum fuisse, id ex ipso Pindaro bene vetus ille interpretes compertum habebat⁴⁾. Hinc, si quid video, corruptela orta est. Primum enim, ut πατρώαν recte intelligeretur, πάτρωϊ vel in margine vel juxta scriptum erat, deinde in ipsum ordinem verborum, ubi etiam nunc habetur, vocabulum receptum est: et auctor ejus scholii, quod priore loco scripsi, id ipsum πάτρωϊ, ut liquet, in libro suo jam invenerat. Jam quum πάτρωϊ in ipsum ordinem verborum delapsus esset, alia vox submota de sua sede in novam migravit. Ad hanc autem vocem ἄπασαν refero, quod in libris mss. ante νόφ exstat⁵⁾, et sic scribendum esse existimo:

πατρώαν μάλιστα πρὸς σιάνην ἔβα
πᾶσάν τ' ἐπερχόμενος ἀγλαίαν ἔδειξεν.
νόφ δὲ πλοῦτον ἄγει, κτλ.⁶⁾

Ejusdem carminis vs. 50., qui etiam in optimo libro Vat. B corruptus exstat⁷⁾, recte a M. sch. ope in hunc modum restitutus esse videtur:

τὴν τ' Ἐλέλιχθον, ἃς εὖρες ἰσπείας ἐσόδους.

Primum enim librorum ὀργαῖς πάσαις verissime pro glossemate habet versiculi μάλα ἀδόντι νόφ. Hoc jam F. Thierschius perspexerat⁸⁾: nec habuit ea verba scholiasta. Deinde vero quod vetere interprete duce pluralem ἰσπείας ἐσόδους recepit, hoc quoque rectissime fecit: nimirum haec scholiastae verba οὗς — sic ipso Mo. teste in sch. Vat. B. legitur — εὖρες ἰσπείας ἐσόδους, quoniam explicatio *τουτέστιν ἰσπείας ἀμίλλας*⁹⁾ etiam additur, ipsa explicantis non sunt. Denique οὗς, quod in sch. est, per errorem pro ἃς sequente ἐσόδους facile scribi potuisse non est, cur negemus.

Ex his paucis qui tractati sunt locis plane etiam elucere credo, quanti in emendandis Pindari carminibus praeter ipsos libros scriptos scholia vetera facienda sint. Licet enim collecta in unum corpus et conscripta sint quarto vel quinto post Chr. saeculo, veram tamen originem, id quod ex multis rebus apparet, e pristina Alexandrinorum aetate habent. Profecto haec scholia Pindarica ex optimis sunt, quae

¹⁾ h. e. etsi dudum debitum solvi s. carmen mitti oportuit.

²⁾ V. Sch. Germ. p. VII, nunc ipsam edit. p. 230 sq.

³⁾ Admodum est ridiculum, quod editores addiderunt θεῖῳ. Profecto quis adeo insaniret, ut hic, ubi de patruo sermo est, πάτρωϊ poetice dictum vellet pro θεῖῳ? Hoc scholiasta non scripsit.

⁴⁾ Nec tamen ei explicationi assentior: pertinet potius πατρώαν ad omnes majores (cf. Soph. El. 411. Xen. An. I 7, 6 al.), ad totam Emmenidarum gentem, quae vere egregia atque insignis fuit. Cf. O. II et meum de Pind. Ol. II. commentat. Gotting. 1862. p. 9—11.

⁵⁾ Triclinius ἄπασαν, quod redundaret, expulit.

⁶⁾ Quae de hoc loco nunc disputata edidi ante hoc tres annos conscripsi et interea seriniis meis tradidi. Jam magno mihi gaudio est, quod M. in eandem fere sententiam incidisse video: sed majus etiam inde gaudium capio, quod emendationem mihi perficiendam reliquit. Jure autem Mo. initia πατρώαν et πάτρω proxima displicent.

⁷⁾ Ita: τὴν τε, Ἐλέλιχθον, ὀργαῖς πάσαις ὅσον ἰσπείαν ἐσόδον.

⁸⁾ Bergkii ὀργαῖς πάσαις uncis inclusit.

⁹⁾ Ceterum explicationem illam ἰσπείας ἀμίλλας, quam etiam Dissenius suam fecit, falsam esse monco. Vere jam Bö. coll. P. V 116 haec: ἰσπεία ἐσόδος est aditus ad equestria studia ludosque.

omnino servata exstant, eorumque vestigia certissimum praestant auxilium, quod ad codices qui dicuntur firmandos et corrigendos adhiberi possit. Hoc luculento exemplo ostendere volui in commentatione mea de O. II. scripta p. 33—36¹⁾. Nec solum ubi ipsas lectiones praebent, sed, id quod Bergkiius praevit, etiam tum haec scholia veterum accurate consulenda sunt, quum explicando sensum indicant. Exstant autem duae recensiones: scholia vetera vulgaria et scholia Vratislaviensia — Mommsenio nunc Ambrosiana — e codice valde corrupto Vratislaviensi primum a Boeckhio edita: haec ad sola Olympia, illa e Vatic. B, Gotting., Palat. C, Caesar. A desumpta ad omnia carmina pertinent²⁾. Sed ad singulos locos tractandos redeamus.

O. XI (x) 10. Hic versus in libris vetustis ante M. notis quidem omnibus ita exhibetur:

ἐν θεῷ δ' ἀνήρ σοφῆς ἀνθεὶ προπίδουσι[τ].

Moschopulus autem quum ex stropha versum mutilum esse cognovisset, vocem trisyllabam *ἔσαι* ante *προπίδουσι* invexit, unde vulgo ita legebatur:

ἐν θεῷ δ' ἀνήρ σοφῆς ἀνθεὶ ἔσαι προπίδουσι.

Quam lectionem Bergkiius ita mutavit, ut *ἔσαι* in fine versus poneret:

ἐν θεῷ δ' ἀνήρ σοφῆς ἀνθεὶ προπίδουσι ἔσαι.

Nunc vero M., quum in Par. G *ἀνθεὶ προπίδουσι*. ὅμως ὦν ἴσθι νῦν, in Leid. C et Ambr. G *ἀνθεὶ προπίδουσι*. ὅμως ὦν ἴσθι νῦν inesse viderit, ita scribit:

*ἐν θεῷ δ' ἀνήρ σοφῆς ἀνθεὶ προπίδουσι. ὅμως ὦν
ἴσθι νῦν Ἀρχιστάτον
παί —*

Antequam autem in hanc ipsam lectionem novam inquiramus, de additamento illo, quod M. rejecit, *ἔσαι* videamus quid iudicandum sit. Nec dubitari potest, quin ex hoc sch. vet. desumptum sit: *κατὰ δὲ βούλων δαίμωνος ἴσως καὶ αὐτῷ τῷ τρόπῳ σοφῆς διαπαντὸς ἀνθεὶ ταῖς γνώμας. ἀπὸ γὰρ θείας μοῆρας μουσικός τις καὶ ἔξοχος λέμπει, ὁμοίως ὥσπερ καὶ σὺ νεώτερος. τοῦτο δὲ πρὸς τὰ ἴδια ἐγκώμια κατασκευάζει λέγων ἑαυτὸν διαπαντὸς σοφῶς φράζειν*. Desiderabat enim Moschopulus in verbis Pindari, quo *διαπαντὸς* pertineret. At *διαπαντὸς* non certam aliquam vocem exprimit sed ad totius versus sensum

¹⁾ Sed quod sententiam de illo loco (O. II 52) interea mutavi, hic indicare liceat. Nunc enim constat mihi nec *ἀφρονος* nec *ἀφρόνων* sed *ἀφροσύνας παραλέναι* legendum esse idque eo sensu, quem Graecus Pindari explicator his expressit verbis: *τὸ τυχὴν πειρόμενον ἀγωνίας καὶ λύπην λῆναι καὶ τὴν ἀθμίαν ἐβάλλει. τῷ [δ'] ἀπονεύχοντι κοινὸν ἐγκλήμα ἢ ἀνομίας καὶ ἡ ἀφροσύνη*, vel alius sic: *τὸ νικῆσαι δὲ, φησί, τὸν ἀγωνιζόμενον παράλυσιν ποιεῖ τῆς ἀφροσύνης καὶ τῆς λύπης. δύναται δὲ καὶ κενῶς κείσθαι ἡ ἀφροσύνη, ἢ ἡ ὁ νικῆσας κομίζεται ἐκτὸς ἀφροσύνης εἶναι κρινόνσι γὰρ καὶ τὸ εὖ βεβουληῦσθαι διὰ τὸ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα*. Consentiant quae Pindarus ipse dicit O. V 15. 16: *αἰεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνοσ δακρύα τε μάρναται πρὸς ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον. εὖ δὲ τυχόντες* (sic!) *σοφοὶ καὶ πολίταισ ἐδοξον ἔμμεν*. Cf. interpp. ad h. l., Dissenii introduct. ad O. V. — F. Thiersch. autem ad O. XI 66 (ap. M. X 63) haec annotavit: „Der Sieger trägt nicht wie dem Besiegten geschah, den Spott, dass er, ein zu geringer, sich um Dinge über sein Mass hinweg bemühe.“ Nec longe aliter hoc fragmentum Euripideum intelligendum est: *τὸν ἐντροχόντα καὶ φρονεῖν νομιζόμεν*. Itaque *ἀφροσύνη* idem valet atque *ἐγκλήμα ἀφροσύνης* i. e. *ἀνομίας*. Cf. O. VII 93 (89) *ἀρετὰ* (i. q. gloria sv. laus virtutis) ut O. VIII 6. Vid. Diss. ad utrumque locum. Talia apud poetas graecos haud ita perraro reperiuntur, quippe quae vim contineant vere poeticam. Ex Sophocle haec mihi notavi: *Electr.* 968 *εὐσέβεια* i. q. laus pietatis, contra *Antig.* 924 *δυσέβεια* i. q. crimen impietatis; *Ai.* 75 *δειλία* = *ἐγκλήμα δειλίας*; *Antig.* 470 *μορία* = *ἐγκλήμα μορίας*. Sed propter hanc ipsam notionem pluralis *ἀφροσύνας*, quem M. reposuit, ni ipse fallor, ferri utique nequit. Quin immo scholia vetera singularem omni modo probare videntur. Denique restat, ut eam, quam autea (l. c. p. 34) vitare volui arsis solutionem vitandam non esse dicam. Vid. M. annot. critic. ad O. II 15. — (Meam conjecturam *ἀφρόνων* l. c. prolata nunc iterum proposuit Alb. de Jongh. *Pind. carm. Olymp. Traject. ad Rhen. 1865. p. 117.*)

²⁾ Scholia recentiora exigui vel potius nullius usus esse inter iudices criticos plerosque constat. Nimirum quae nova in iis reperiuntur, haec non e fontibus veteribus derivata sed mera sunt commenta Byzantium.

accuratius explanandum a scholiasta additum est. Nimirum sic locum intellexit vetus interpres: „Ut tu, Agesidame, deo juvante victoria praeclarus factus es, ita ego quoque poeta dei ope sapienti floreo ingenio, ut utique egregie semper canere possim.“ Quod quam recte senserit ille, nunc quaerere nolo: certe longe aliud legit, quam quod Moschopulus desiderabat. Est igitur *ἔσαι*, quod vocabulum nunquam in libris fuit neque omnino Pindaricum¹⁾ est Mo. momente ex hoc versu eliminandum. Ac ne carmen majus O. X (Bö. XI) hic a Pindaro promissum sero demum ad Agesidamum missum esse reputans propterea *ἔσαι* bene additum autumes, quid post ipsam statim victoriam partam ineptius poeta dicere potuisset quam hoc: carmen tibi mittam in celebrandam gloriam istius victoriae; etiamsi sero accipies, noli desperare: fidem servabo, quia semper potero. Vides, opinor, quam perperam dicant illud *ἔσαι* bene quidem a Moschopulo additum esse. — Jam quid de ea lectione statuendum videtur, quam M. pro vocula recte eliminata ex suis codicibus substituit? Ipse quidem quam certam emendationem suam ducat satis indicat quum hoc facit votum: „Tam paratum auxilium utinam aliis in locis haberemus.“ Vid. Sch. Germ. p. IV. cf. epist. ad Friederichs, p. 22—24. Sed adversarius exstitit Ernestus de Leutsch (Nunc. erud. Gott. a. 1861. 39, p. 1548), cujus iudicium prae ceteris in his rebus magni faciendum est. Ac primum licet scholiasta vetus *ἔσαι* non tueatur, tamen quod M. dicat illum ne asyndeton quidem videri habuisse, id falso pronunciatum esse vult sic scribens: „Der Satz mit *ὁμοίως ὅσπερ κτλ.* (v. sch. p. 8) ist ja aus dem Vorhergehenden genommen und dient dazu, das Verhältniss zwischen dem Dichter und dem Sieger klar zu machen: *δὴ οὖν*²⁾ gebrauchen die Scholiasten aber gerade bei Erklärung eines Asyndetons und beweist diese Partikelverbindung auf das bestimmteste, dass der Scholiast in seinem Texte das Asyndeton vorgefunden habe: vergl. z. B. Scholl. ad Pind. Ol. VI 163. Also die Grundlage, von der Hr. Mommsen ausgeht, ist morsch.“ Ut concedam veterem interpretem id quod per *ὁμοίως ὅσπερ* explicat ad verba praecedentia retulisse, ita ut ante *ἴσθι* asyndeton statueret, tamen num recte ille ita distinxerit, etiam quaeritur; id vero manifesto apparet scholiastam eo loco, quo adhuc *ἔσαι* erat, particulam comparandi in libro suo habuisse sive cum Leutschio de *ὁμοίως* cogitas³⁾, quamquam haec vox uno tantum loco (P. IX 78) apud Pindarum exstat, sive eam particulam praefers, qua poeta uti solet, dico *ὁμῶς* (O. VIII 56. P. VIII 6. 83. IX 40. N. I 50 (?) 53. I. III 6. VI (VII) 42). Jam si codex vetustissimus Par. G, qui in solis Olympiis cum duobus aequalibus suis quadraginta fere lectiones optimas exhibet, aliunde non notas, sex vel septem etiam in iisdem Olympiis locos unus ille non corruptos habet; si igitur is cum duobus praeterea libris perbonis talem particulam, qualis requiritur, offert, nonne maxime fit verisimile eam veram esse?⁴⁾ Audiamus alia. Praeterea enim Leutschius haec contra M. dicit: „*ἴσθι* wird von Pindar an die erste Stelle eines Satzes gestellt und ist daher regelmässig mit dem Asyndeton verbunden.“ Profecto quid magis usui Pindarico convenire potest, quam si subito ad novum aliquod *ἀσυνδέτως* per *ἴσθι* transitus fit? Praeter exempla a Leutschio allata similia haec praesto sunt: I. III 15 et 53. Attamen alias rationes admitti non posse si quis contendat, vix credere fas sit. Immo quum O. VI 8 *ἴστω γάρ* legatur, idem I. VI 27 occurrat, P. IV 117 *ἀλλὰ τούτων μὲν κεφάλαια λόγων ἴστε* imperativus igitur *ἴστε* in fine enunciati compareat et *ἀλλὰ* enunciata conjungat, cur tandem formam

¹⁾ Etiam apud Homerum frustra hanc voculam quaeras.

²⁾ Altera enim quae exstat paraphrasis vetus haec est: *ἴσθι δὴ οὖν καὶ γίνωσκε, ὃ Ἀγριδαίμω, ὅτι τῆς σῆς πνομῆς ἔνεκεν τὸν κόσμον τὸν διὰ τοῦ στεφάνου κελδήσω. λέγει δὲ, τὸν ἕμνον ἀναβοήσω τῆς καλλιστεφάνου ἐλαίας:*

³⁾ Cum Leutschio faciunt Boeckhii et Bergkii. cf. M. epist. ad Frieder. p. 23. Dissentit L. Schmidt. de Pind. vit. et poes. p. 93. 94.

⁴⁾ Nam quod M. *ἴστω* in *ὁμῶς* mutavit, hanc mutationem omnium facillimam et prope nullam esse qui rei sunt periti probe sciunt. cf. H. Saupprii epist. critic. ad G. Herm. p. 71 sqq. Profecto hinc vel maxima novae lectioni *ὁμῶς ὄν* proficiscitur commendatio: nimirum quum *ἴστω* h. l. intelligi omnino nequeat, plane elucet hanc vocem non a librario ad lacunam explendam excogitatum sed in archetypo inventam esse. Vereor igitur, ut recte de *ὁμῶς ὄν* L. Schmidt iudicaverit l. c. p. 93. 94.

singularis ἴσθι non poni posse putemus nisi ἀσυνδέτως in ipso enunciati initio? Et si verum quaeris, illud ipsum ἴσθι praeter hunc quem tractamus locum sic in ipso initio non reperitur nisi Nem. V 48. Hoc uno vero exemplo aliae rationes a Pindaro non excludantur. Non igitur recte facere videtur, qui codicis illud ὁμῶς ὄν, ut asyndeton efficiatur, utique necessario ad verba praecedentia retrahendum esse dicit. — Restat, ut quaeramus, quomodo ad sensum nova Mommsenii lectio apta sit. Leutschius quidem sententiam languere existimat. Et si quis versum decimum ἐκ θεοῦ κτλ. ita intelligi vult ut vetus ille explicator, non possum quin adversario assentiar. Nam quis hoc probat? „Equidem divinitus ingenii sapientia floreo; pari igitur ratione, scito, te canam.“ Sed quis est, sic iterum rogo, qui hanc scholiastae rationem probet? „Invidia major laus Olympicis victoribus haec praebetur: id quidem nostra lingua procurare vult; divinitus enim ego sapientibus floreo praecordiis pariter i. e. ut tu, qui victoriam reportavisti Olympicam.“ Id neque intelligitur et multo magis languet. Verum ne diutius dubites, quid ipse velim, quod in versu 10. legitur σοφαῖς προπίδασσιν longe aliter intelligo atque a ceteris intellectum esse video. Sed ut ordine exponam, a definitione initium fiat. Vocabulum enim σοφός post Homeri tempora natum primitus nihil aliud valebat nisi peritus, sive callens artem aliquam, ita ut prisci σοφόν vocarent quemvis artificem, quale exemplum est σοφός τέκτων vel καθαφδός. Haec primitiva vis etiam apud Pindarum valet. Cf. P. V 107 ἀρματιλάτας σοφός. P. VIII 74 σοφός δοκεῖ βίον κορυσσέμεν = peritus et dexter ad augendam rem familiarem. Nem. VII 17 σοφοὶ κυβερνητῆρες alia similia. Quum autem ea peritia vera sit, quam quis a natura insitam habet, apud Pindarum σοφός esse solet: a natura doctus aliquam artem, theoria igitur fundamentali instructus. Cf. P. I 42 σοφοὶ καὶ χερσὶ βιαταὶ περιγλωσσοί τ' ἔφην i. e. nascuntur. O. IX 28 σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες ἐγένοντο. O. II 86 σοφός ὁ πολλὰ εἰδώς φνῆ, ubi opponitur μαθών i. e. qui peritiam sola arte acquisitam per imitationem habet. Jam vero ut σοφός homo cuiusvis artis peritus dicitur, ita inprimis ad poesin pertinet, ac semet ipsum verum poetam σοφόν Pindarus et suam artem σοφίαν dicit. Cf. O. I 116. Quod quum notum esset, et veteres et recentiores interpretes etiam id, de quo hic agitur, σοφαῖς προπίδασσιν ad ipsum Pindarum et ejus artem retulerunt. Hinc turbae explicationum, quibus locus vexatus est. Nimirum longe secus est: προπίδες σοφαί, id quod modo exposui, ad egregie perpetranda facinora omnia pertinent et hic maxime eorum sunt, qui victores Olympici exstiterunt. Sic in carmine nono vs. 28 sqq. ἰφθαδός καὶ σοφός Hercules victor praedicatur. Et in eodem carmine vs. 107 sq., ubi σοφία dicitur αἰπεινά, una earum est σοφία Epharmosti luctatoris¹⁾. Ut autem Epharmostus σοφίαν suam δαιμονία (IX 110) accepisse dicitur, ita in hoc carmine Olympicarum ob σοφίαν divinitus acceptam praedicandi dicuntur²⁾. Jam denique universus sententiarum nexus hic est. „Alias homines aliarum rerum indigent, modo ventorum modo aquarum pluviarum. Si quis vero laboribus victoriam consecutus est, hymnis eget, quae initium sint futurae memoriae et pignus magnarum virtutum. Merentur autem omnium iudicio inprimis Olympicarum hanc carminum laudem. Tales quidem laudes ego procurare volo: sed divinitus vir ingenium habet, quo praeclara geruntur. Pari igitur modo te quoque canam...“ Vel ut brevius quod quaeritur indicem: „Quemadmodum omnino meum est (cf. O. I 115) Olympicarum laudes carminibus celebrare sic te quoque canam.“ Nam quod interpositum est ἐκ θεοῦ δ' ἀνήρ σοφαῖς ἀνθεὶ προπίδασσιν, hoc soli oppositioni inservit ad id pertinens quod antecedit τὰ μὲν ἀμετέρα γλώσσα ποιμαίνειν ἐθέλει. Per ὁμῶς ὄν autem a sententiis in universum propositis transitus fit ad id quod poeta huic ipsi victori promittit. Cf. O. I 111 ἐμοὶ μὲν ὄν Μοῦσα κτλ. O. III 38 ἐμὲ δ' ὄν πα θυμὸς ὀτρύνει φάμεν κτλ. add. I. II 12.

¹⁾ Cf. scholia ad O. II 52. — C. O. Mueller. hist. liter. gr. I p. 402.

²⁾ Scholiasta, quem προπίδας σοφός ipsius poetae intellexisse dixi, quum saepe apud Pindarum haec duo ἐκ θεοῦ et φνῆ idem significare meminisset — O. IX 100. 103 τὸ φνῆ... ἀνεν δὲ θεοῦ. O. II 81 σοφός φνῆ. Cf. P. I 41. 42 — etiam hic ad κατὰ δὲ βούλησιν δαίμονος addidit ἴσως καὶ ἀντὶ τῷ τρόπῳ σοφός i. e. fortasse etiam hoc valet: homo ipsa natura σοφός. Quod moneo quia mire in his scholiastae verbis explanandis erratum esse mihi videtur. Caveas vero cum Hartungio scribas τῷ ἀντὶ τρόπῳ.

P. IX 103 (?). — Jam quomodo errores orti sunt? Primum quum versus 10. perperam intelligeretur, ὁμῶς ὄν falso explicabatur, deinde librarii rei periti quidem, ne quod ineptum esset scriberent, ὁμῶς ὄν prorsus omiserunt, unde in libris lacuna habetur. Contra qui codicem Par. G scripsit, quamquam, id quod ex falso accentu elucet, sensum ne ipse quidem perspiciebat, literas tamen, quas in suo archetypo invenerat, omnes exaravit¹⁾. Est igitur ex libro vetustissimo ea lectio, quae sensum optimum reddit, quam et ipsa scholiorum vestigia probant nunc Mommsenio monente in locum restituenda:

τὰ μὲν ἀμέτρεα
γλώσσα ποιμαίνειν ἐθίζει
ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφίας ἀνθεὶ πραπίθεσσι. ὁμῶς ὄν
ἴσθι τὴν Ἀργεστράτον
παῖ . . .

Utinam juste haec defendissem! Certe defensione locus dignus fuit.

O. VII 71 (68) haec duo M. novavit: μέρος (pro γέρας) et τελέταθεν (pro τελέτασαν). Ac μέρος legitur in Ambros. A. et Par. G, praetera in Vat. B supra scriptum exstat (γρ. μέρος): nititur igitur trium praestantissimorum codicum auctoritate. Jam favet lectioni quod omnino hic de partitione terrae agitur: cf. vs. 58 (55) χθόνα διαίοντο. 61 (58) λάχος Ἀελίου. 62 (59) ἀκλόροτον χώρας. Quamquam necessitas quidem inde non existit, quae γέρας rejici cogat. Ut enim in partitione Schilleriana illa poeta, cui sors non obtigit, coelestem accipit honorem, ita hic praeclara insula (vid. vs. 66 = 63), quae Solis futura est, praecipuum designare potest dei honorem: atque tale λάχος recte haud dubie γέρας vocatur. Verumtamen μέρος veram esse lectionem ex hoc schol. vet. intelligimus: τῆ ἰαντοῦ, τοῦ Ἥλιου, κεφαλῇ εἰς τὸ μετὰ ταῦτα μερίδα γενέσθαι. Quae verba ita comparata sunt, ut omnis dubitatio praecidatur. — In eodem versu lemma Par. G. et lemma Vat. B et lemma Medic. E τελέταθεν habent; idem vetusta manus supra scripsit in Vat. B. Hoc M. nunc in ipsa poetae verba recepit, neque immerito. Nam si id quod adhuc legebatur τελέτασαν . . . πετοῖσαι ex analogia hujus locutionis: τὴ γῆν ποιῶν τι explicare velles, obstaret tibi, quod tales structurae ab usu Pindari alienae sunt. Ob eam ipsam causam, opinor, Dissenius cum Heynio non facit, qui τελέτασαν πετοῖσαι arte jungat, sed τελέτασαν per se intelligens sic ille explicat: „exitum habuit verborum sv. jurisjurandi summa, vere eveniens.“ At ne hoc quidem placet, quia τελετᾶν intransitive usurpatum neque apud Homerum neque apud Pindarum reperitur: Aeschylus enim primus, quod sciamus, et verbo simplici τελετᾶν et composito ἐτελετᾶν vim intransitivam attribuit. Sed inde huic Pindari loco adminiculum non est repetendum. Quae quum ita sint, vetusta lectio τελέταθεν a Mommsenio nobis oblata non temere aspernanda videtur. Immo accedit aliud. Exstat enim hoc scholion vetus: ἐτελειώθησαν, ἀντὶ τοῦ ἀληθῆ ἐποίησαν τὰ δόξαντα. Quae verba ita haud dubie interpretes scripsit, ut primum formam vulgatiorem ἐτελειώθησαν pro ea, quam in libro suo invenerat, deinde accuratiorem adderet verbi explicationem. Jam vero quum haec adijciantur: ὁ δὲ τοῦς ἐτελειώθη δὲ τούτων τῶν λόγων τὰ κεφάλαια ἐν τῇ ἀληθείᾳ πεσόντα, quibus singula Pindari verba accurate reddantur, omni modo credo formam passivam τελέταθεν recipiendam esse. Qui verbum mutavit, is recentioris vel vulgaris sermonis memor fuit²⁾.

In eodem carm. vs. 21 (20) Par. G. et Medic. B τοίνυ praestant³⁾ pro τοῖσι. Utrumque bene habet: articulus vi demonstrativa instructus est Pindaricus et particula τοίνυ, quamquam raro apud hunc poetam reperitur, duobus tamen iis locis, ubi certa est, simillima ratione posita est atque hic in Par. G

¹⁾ Aliam rationem M. ipse docuit in annot. crit. ad h. l. — Cf. epist. ad Friederichs. p. 23 sq. — Ego quae ante hos tres fere annos, quum primum novam lectionem e Sch. Germ. p. III sq. cognovi, vera mihi esse videbantur, hic nunc scripta dedi.

²⁾ Cf. Sch. Germ. p. 35: ἐτελειώθησαν, ἐπληρώθησαν καὶ οὐ παρεβιάθησαν. τὸδε ἐστὶ τὰντὸν τῶ ἐν ἀληθείᾳ πετοῖσαι. οἱ γὰρ πληρούμενοι λόγοι ἀληθεύουσιν.

³⁾ In Par. G vitiose sic: τοί νῦν.

et Med. B: O. VI 27 — transitus illic fit ad res mythicas — et P. V 40. E scholiis autem vix certi quidquam elici potest.

O. I 41 M. e scriptura Par. G *χρυσείας κἀν'* similitudine fretus literarum K et IC per conjecturam *χρυσείαισι δ' ἂν ἵπποις* effecerat (Sch. Germ. p. V): nunc suam ipse conjecturam rejiciendam ratus¹⁾ *χρυσείαισι ἂν ἵπποις* retinuit. Et rectissime jam Leutschius (Nunc. erud. Gott. 1861. p. 1545. 46.) hoc quod in libro optimo Vat. B, nunc etiam in Ambros. A legitur, contra conjecturam illam defendit. Peccat enim *σὲ* huic loco insertum in usum Pindari, id quod L. accurate exposuit. Etiam infra vs. 46 *ὡς δ' ἄφαντος ἐπέλες ... ἄγων* legitur, quum *σὲ* praegresso verbo *ἐπέλες* facile intelligatur. Ab hoc autem loco *σὲ* eo magis abhorret, quod idem pronomen summa vi in initio hujus periodi positum est vs. 36 *νῦν Ταντάλον, σὲ δ' ἰδὲ*, *ἀντία κτλ.* Ut igitur in alios locos complures homines docti summa injuria pronomen personale invexerunt, ita hic quoque ejusmodi mutatio frustra tentata erat. Verum ne cum scholio hoc, quod apud Bō. est, *χρυσείαισι*] *ἀντί τοῦ ἐπὶ χρυσῶν ἵππων μεταβιβάσαις, μεταγαγῶν.* pro *μεταβῆσαι* scribi velis *μεταβῆσαις*, nominativus participii nullo modo fertur. Praeterea M. *μεταβιβάσαι, μεταγαγῆν* e codice Caes. A edidit (Sch. Germ. p. 7). Immo nulla mutatione opus est: nam ex *δαμέντα φρένας ἰμέρω* infinitivus *μεταβῆσαι* pendet i. q. *ὥστε μεταβῆσαι.*

Infra vs. 107 Ambros. A et Vat. B *κῆδος* exhibent, Par. *Γαῦδος*, quod olim Faehsius et Bothius conjecerant, Bō. sine libris reponere non audebat. Sed *κῆδος* vel potius *κᾶδος* vera, *κῦδος* falsa est lectio. Quod ut accuratius dijudicemus, primum in totius loci sensum inquiramus. Atque ipsos veteres interpretes valde in explicando dissentire video. Alii enim, ut has duas controversias maximas proponam, *θεὸς ἐπίτροπος* sicut *λίποι* quod sequitur ad ipsam Musam referunt ita explicantes: *ἐπίτροπος ὁ θεὸς τῷ ἑμῷ τρόπῳ καὶ λέγει τὴν Μοῦσαν*, alii hunc in modum explicant: *ὁ μὲν φροντιστὴς τῆς σῆς εὐδαιμονίας, ὃ Ἱέρων, ἀδιόπτιστόν σοι τὴν εὐδαιμονίαν φυλάττει*²⁾. Sed de Musa, quae praesertim, si hoc vere memini, nusquam apud Pindarum *θεὸς* appelletur, hic propter totius loci indolem non cogitandum esse recte sensit Bō. nexum sententiarum sic intelligens: „Me oportet te, Hiero, cantu praedicare, te quo neque cultior quisquam hac aetate est neque potentior. Deo tuae res cordi sunt; qui nisi remittet etiam majorem Olympiae victoriam curulem nancisceris, quae mihi canendi praebeat materiam.“ Quam rationem secutus est Dissenius alii. Jam vero quomodo hoc intelligendum est *ἔχων τοῦτο κῆδος*? Mihi duae rationes videntur excogitari posse, quarum altera haec sit: regens istam gloriam i. e. victoriae tuae, altera: ipse (deus) habens vel nanciscens inde gloriam sc. quod tuis rationibus consulit. Neutrum mihi probatur: alterum obscurius duco, alterum absonum. Sed ne pluribus disseram de iis, in quibus semper ambiguitas quaedam remaneat, e scholiis elucet interpretes Alexandrinos idem jam legisse, quod nunc in duobus optimis libris et aliis perbonis exstat. Scribunt enim sic: *θεὸς ἐπόπτης καὶ διοικητὴς τεῶσι μῆδεται μερίμναις, κῆδος ἔχων τοῦτο, εἰς τοῦτο σπονδάζων, τὸ σοῦ προνοεῖσθαι.* Haec dubia non sunt. *κῆδος* igitur rejiciendum est. — Nihilominus aliquid in loco inest, in quo offendam. Nam dativus *τεῶσι μερίμναισι* quomodo explicari possit, nunc non video. Neque enim verbum *μῆδεσθαι* tertium casum assumpti neque, id quod post Bō. plerisque placuit, *ἐπίτροπος* cum dativo conjungitur. Scribendum est *ἔχων τοῦτο*³⁾ *κᾶδος* i. e. *τὸ αὐτὸ κᾶδος*. Inde secundum usum notissimum dativus *τεῶσι μερίμναισι* pendet. Ita, ut vere dicam, ne litera quidem mutata effectum est, ut locus sanus esse videatur. Nimirum eo

¹⁾ Propter sigmatismum M. conjecturam suam rejicit: sed hanc causam non sufficere ex uno loco O. XII 16 discimus.

²⁾ Noli offendere in hac positione particulae *δε*. Namque vocativus, quum interjectionis quasi vice fungatur, conjunctionem juxta poni non patitur. cf. O. VI 12. 103. I. I 51 (58). N. I 29. II 14. Quapropter etiam *σὲ*, sequente *δε*, post vocativum poni solet. cf. N. II 14.

³⁾ Quod alii ad *λίποι* intelligunt *μὲ ὁ βίος, ὁ αἰὼν*, hoc quam absurdum sit, exponere facile supersedeo.

⁴⁾ Cf. O. I 45. XIII 37 (38). N. VII 104.

tempore, quo primum Pindari carmina scripta sunt, haec duo *τούτο* et *ταυτό* eodem modo scribi solebant: nostrum igitur est verum dignoscere. Jam videas ipse, quid faciendum sit P. V 116. N. IX 42.

P. IV 211 Vat. B *ἐπειτ' ἀνήλυθον* offert. Hanc lectionem M. in Sch. Germ. p. VI, quia verbo *ἀνήλυθον* vix ulla vox aptior esset flumen adversum subeuntibus, omni modo commendavit: eandem nunc quoque, quamquam *ἐπειτεν ἤλυθον* scripsit, ft. veram esse existimat. At obstat praeceptum hoc Hephaestionis metricum: *πάν μέτρον εἰς τελείαν περατοῦται λέξιν*. Quam legem Pindarus tam diligenter observat, ut nusquam omnino, ne in compositis quidem vocabulorum divisionem inter duos versus sibi indulgeat¹⁾. Hoc quum certum esset, Bö. id quod in libris plerisque bonis — nunc in ipso Par. G — legitur *ἐπειτ' ἀνήλυθον* recte ita emendavit, ut *ἐπειτεν ἤλυθον* scriberet. Nimirum *ἐπειτεν* et forma dorica et ionica est. Cf. Dammii lexicon Homericum-Pindaricum emendatum a Rostio 1831. s. v. — I. VI 20. N. III 54. — Praeterea etiam in scholiis verbum simplex *ἤλυθον* habetur²⁾.

P. VII 5 Bergkiius haud dubie eo maxime consilio ductus, ut suae metri conformationi satisfaceret, *τίνα οἶκόν τ'* scripsit. Cui conjecturae M. jam in Sch. Germ. p. VII codicum auctoritatem opposuit, qui tale quid non habent. Ac si verum quaeris, particula *τε* in hac repetitione ejusdem verbi omnino ne ferri quidem potest. Sin vero id quoque ex me scire vis, num *τίνα οἶκον*, quod Bö. reposuit, mihi probetur, non possum, quin etiam hoc ut rejiciatur suadeam. Quamquam enim hiatus digamma explet, violatur tamen is usus, quem inde ab omni tempore, quod sciam, diligentissime Graeci observarunt. Cf. Hom. Ω 484. Ξ 9. 12. ι 463. Aeschyl. Pers. 403 (v. 379 scribendum est *πᾶς δ' ὄπλων* pro *πᾶς θ' ὄπλων*) Eumen. 34. Pind. O. X 28 *πέφνε Κτείατον ἀνίμονα, πέφνε δ' Ἐφροντα*. IX 32 *ἤριδε Πουσειδᾶν, ἤριδεν δέ (sic lege!) νιν ἀγρονέφ' τόξω πολεμίζων Φοῖβος*. O. II 2 *τίνα θεόν τιν' ἦρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελადήσομεν*. Sic etiam hoc de quo agitur loco cum libro perbono Pal. C necessario scribendum censeo *τίνα πάτραν, τίνα δ' οἶκον κτλ.*

P. XII 4 innouit nunc lectio Tricliniana θ' *ἄλαος* ad tollendum hiatus excogitata. Sed sine dubio rejicienda est, quia structuram inconcinnam atque insolentem reddit. Cf. O. XII init: *λίσσομαι, παῖ Ζηρός Ἐλευθερίον, Ἱμέραν εὐρυσθενε' ἀμφιπόλει*. N. III init: *ὦ πότνια Μοῖσα, μήτερ ἀμετέρα, λίσσομαι... ἴκειο*³⁾. Neque hiatus hic adest. Cf. Bö. de metr. Pind. lib. III cap. XXII p. 309 — Ceterum quum semel in hunc locum devenerim liceat mihi aliquid addere, quod a re proposita quidem paullum abest. Namque interpretes recentiores omnes, quod sciam, scholiasta praecunte *ἀθανάτων ἀνθρώπων τε*⁴⁾ conjungunt cum *εὐμενίᾳ*, idque non recte mihi facere videntur. Sic potius locum intelligo: *ἄλαος σὺν εὐμενίᾳ δέξαι ἀθανάτων ἀνθρώπων τε στεφάνωμα* hoc sensu: propitia ac benevola accipe immortalium hominumque hance coronam, celebrationem ejus victoriae, in qua divini humanique favoris documentum pariter cernitur. Sic apud Aeschyl. Eum. 1040 *ἄλαοι δέ καὶ εὐθύφρονες δεῖρό' ἴτε, σεμναὶ κτλ.* Et apud scriptores Atticos locutio sollemnis haec est *ἄλαος καὶ εὐμενίης*. Cf. Plat. Phaedr. 257. A. Ibid. Heindorf. Ita Pindarus *ἄλαος σὺν εὐμενίᾳ* usum precationis observans.

N. III 75 Tricliniana ratione ὁ *μακρός αἰὼν* rejecta recte M. ὁ *θνατὸς αἰὼν* scripsit. Primum enim haec lectio est optimorum codicum, deinde, id quod summum est, ipsius Aristarchi, fide nititur, qui altero loco dicit ὁ *τῶν ἀνθρώπων βίος*, altero ὁ *θνητὸς αἰὼν*. Denique sensus quidem non efficitur nisi hac ipsa lectione recepta. Nam qui *μακρός* retinere vult, is locum sic explicari jubet: „Iuvenis, vir, senex sua quisque aetatis propria excellere potest virtute; si quis vero longum vitae spatium emensus

¹⁾ Cf. Bö. de metr. Pind. lib. I cap. XIII et lib. III cap. XXIII p. 318. 319.

²⁾ Sch. ad h. l: *ἐπειτα εἰς τὸν Φᾶσιν ποταμὸν, φησὶν, ἤλυθον παρ' αὐτῷ τῷ Αἰήτῃ, ἐνθα τοῖς καταπληκτικοῖς Κόλχοις τὴν ἐαντιῶν ἰσχὺν προσήγαγον καὶ προσέμειξαν, περιφραστικῶς παρεγένοντο*.

³⁾ Apud Homerum sic imperativus *ἀσπιδέτω* ad verbum precandi non additur, sed aut infinitivus aut ὅπως cum verbo finito sequitur. Pindari locutio magis poetam lyricum decet.

⁴⁾ Homerus sic loquitur *ἀνθρώπων τε θεῶν τε*: assolet enim Pindarus ea, quae ex Homero repetit, paullum immutata sua facere.

erit i. e. ad ultimam aetatem pervenerit, quarta etiam virtute poterit florere aliis non concessa, quum recte ille apud animum considerabit praesentia.“ Sed quis unquam tale quid audivit? quis quatuor ejusmodi genera aetatis distinxit? quis denique ultimae demum senectutis proprium esse vult *φρονεῖν τὸ παρκειμενον*? Hoc quidem proverbium notissimum *ἔργα νέων βουλὰ δὲ μέσων ἐνθαὶ δὲ γερόντων* haudquaquam adstipulatur. Illa igitur sententia et falsa ea unde perversitas profecta est lectio repudiata sit. Jam vero quaerenti tibi, quinam verus sit sensus, ipsa Aristarchi verba afferam, quo neminem melius locum explicuisse credo: „*τρῆς μὲν τὰς καθ' ἡλικίαν, ἃς προεξηγήθημεν, τὸ ἐν παισὶν εἶναι παῖδα καὶ τὸ ἐν ἀνδράσιν ἄνδρα καὶ τὸ ἐν παλαιότεροις παλαιότερον. καὶ τετάρτην δὲ φησὶν εἶλᾶν ἀρετῆν τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον. τετάρτη οὖν ἐστὶν ἀρετὴ αὕτη πρὸς αἶς (i. e. πρὸς ταύταις ἃς) εἴρηκεν, ὡς δεῖ περὶ τοῦ παρόντος φροντίζειν καὶ μὴ περὶ τῶν ἰσομένων πάντων, ἀλλὰ πρὸς τὸ παρὸν δύνασθαι ἀρμόζεσθαι. ὁ θνητὸς αἰὼν καὶ τετάρτην ἀρετῆν ταύτην φέρει τὸ καὶ περὶ τοῦ ἐνεστώτος φροντίζειν ὃν οὐκ ἄπειται ὁ Ἱστοκλειδῆς, ἀλλὰ πρὸς τὰς τρεῖς, φησὶν, ἃς προκατεῖλεν κέκτηται καὶ ταύτην, τοιούτου τοῦ παρόντος φροντίζειν.“ Haec tam aperte dicta quanta injuria sunt neglecta! Atque id rectissime perspexit Aristarchus quartam quam poeta dicit virtutem non certae cujusdam aetatis propriam esse sed talem, quae ad ceteras accederet easque auget. Quid igitur ὁ μακρὸς αἰὼν, quum quaevis aetas quartae hujus virtutis particeps esse possit? Immo, vita humana omnis, etiam si non longissima est, quartam illam virtutem progignit (sic!). Itaque ea lectio quae firmissimo etiam fundamento nititur, ὁ θνητὸς αἰὼν propter sensum necessario recipienda est.*

Practerea — vix enim possum quin haec breviter saltem addam — Aristarchi quam modo laudavi paraphrasis conjecturae Bergkianae in editione poetarum lyricorum altera ad vs. 72. 73 propositae quam maxime favet: nam quod nunc legi solet *τρίτον ... μέρος* probe intelligi nequit. Bergkii autem *τρίτος* (i. q. *γέρον*) confirmatur his verbis Aristarcheis *ἐν παλαιότεροις παλαιότερος* sicut voce *τέσσαρας* quae (vs. 74) sequitur. Neque vero *γέρον* vel *παλαιότερος* accurate scriptum fuisse ex hoc alio scholio veteri concludo: *προσληπτίον ἔξωθεν παλαιός*. Denique quod in optimo libro Vat. B exstat *τρίτατος* non ad *τρίτον* sed ad *τρίτος* scribendum nos invitat.

N. V 52 optimi libri Vat. B *παγκρατίῳ* recipiendum est. Sic enim is cum voce *πέκταν* exsistit nexus, qui propter particulas *τὲ καὶ* desideratur. Ita apud scholiastam: *φθέγγει δὲ καὶ πεκτικὴν αὐτὸν καὶ παγκράτιον γενικημένα ἐν Ἐπιδαύρῳ καὶ διπλῆς ἀρετῆς δόξαν κεκτῆσθαι*. Deinde toto hoc loco obiter tantum considerato quis statim videat poetam non tres, ut Dissenius vult, sed duas Themistii victorias praedicare velle. Cf. Boeckhii not. crit. ad vs. 53 et ex scholio modo memorato etiam haec: *προθύροις δὲ φησὶν Αἰάκῳ ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ἡρώφῳ τοῦ Αἰάκῳ ἐν Αἰγῆνῃ, ὅπερ ἐν τοῖς προθύροις ἀνάκεινται οἱ ἐξ Ἐπιδαύρου τοῦ Θεμιστίου διπλοὶ στέφανοι*. Necesse igitur esset — hinc Dissenii error — *διπλῶν* et cum substantivo suo *ἀρετῶν* conjunctum et ubi genitivus *παγκρατίῳ* inde pendens intelligeretur, ab eodem substantivo divulgum cogitari. Quod quum bene non fiat, optimum illud *παγκρατίῳ* ex optimo libro scripto in ipsa Pindari verba jure a Mommsenio receptum esse grato animo concedamus.

¹⁾ *ἐλά* non est adjicit sive adducit, sed nostrum treibt heraus.